



C A P. I.

De Scriptis Symbolicis  
in genere.

T H. I.

*Scripta Symbolica sunt norma  
confitendi, proponendi ac de-  
fendendi fidem, hunc in fi-  
nem autoritate publica præ-  
scripta.*

§. I.



Omen habent à  
Symbolo ; quod  
apud Græcos pro-  
prie indicium, si-  
gnum, signacu-  
lum aut tesseram, sive in mi-  
litia sive in contractu, denotat.  
Vide præ aliis *Vossium de 3.  
Symbolis dissert. I. §. 18. seqq.* &  
qui hunc secutus est, *Svicerum*  
*in voce, σύμβολον.* Hinc in Ec-  
cle-

Disputa-  
tio Prima

Respon-  
dente

M. Joh.

Günthero,

SS. Theol.

Baccal.

Facult.

Philosoph.

Assess. &

ad D. Nic.

Concion.

Sabbat.

A

cle-